



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CVII. De Aedificatione Castrorum Tapiaw, & Locstete in terra
Sambiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Osteria VI. Magister Gen. Ord. Teutonici.
Helmericus de Reichenberge VI Mag. Provinc. Prussiae.*

tum & intrantes dictum territorium Rinovv omnes viros interfecerunt mulieres & parvulos cum omni ipsorum substantia deducentes, sicque iterato quievit in pace terra Sambiae sicut prius.

CAP. CVII.

Ædificatione Castrorum Tapiaw, & Locstete in terra Sambiae.

Intra Apostasiam secundam Castrum (a) Tapiavv, quod Prutheni nominant sugurbi & in successu temporis Castrū, Wiklantfort, quod dicitur nunc Locstete, à nomine cuiusdam Sambitæ, dicti Laucstiete, qui ibidem morabatur, ædificaverant, munientes ea, ut facilius compescerent malitiam Sambitarum.

ANIMADVERSIO.

(a) Auctor Chron. Latinè sub Frid. Mag. scripti arces Tapiavv & Locstete dicit ab Henrico de Wida Magistro Provinciali tertio exstructas esse. Sed Dusburgio ut antiquiori fides habenda est.

CAP. CVIII.

Desolatione Castri Girdawie.

Hoc tempore quidam dictus Girdavv, cuius progenies adhuc dicitur Rendalia, Zelator fidei & fidelium, habuit in terra Barthenisi castrum dictum à nomine suo Girdavv. Hic post multa bella & impugnationes, quas à compatriotis suis apostatis sustinuit, dum omnino deficeret ei victus, combusto Castro cum omni domo & familia sua ad fratres de Kunnigsberg repedavit.

CAP.